MARCUS POLUS. IOHANNES PRESBYTER. LUDOLPHUS DE SUDHEIM

15. Jh. Seite 102v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster

quod nullus iudeus venire possit vel morari Item
Carnote athanit et alia civitas nomine Camba
leth que est imperatori pertinet et dicitur quod illa
sit melior et dicior quam totum dominium soldani
Sed ut redeam ad propositum ille fluvius paradisi
nylus per egiptum et prope babiloniam novam et dom
natam transit et prope allexandriam in mare me
diterraneum diuisum madit et est maior et latior
Reno et est multum turbidus quia aliquando terram ut mon
tes intrat et infra duo vel tria miliaria non
apparet et iterum exit et iterum intrat quousque ve
nit in egiptum tunc directe transit et habet optimos
et dulcissimos pisces et aqua eius est multum sana
Nili aque virtus — quando hauritur est calida et in vase in sole posita fit
frigida et multum bene digerit Nylus fluvius huius
fluvii ortum nunquam scire potuit nisi ut sacra
de eo narrat scriptura licet sepissime sit attemp
tatum Nam temporibus meis soldanus habuit homines
natatores qui naturaliter in aqua ut pisces se
potuerunt sustentare hos idem soldanus multa mu
nera promisit si ortum ipsius potuissent reperire
et pro intersigno ramum viridem ligni aloe sibi
deportarent hii natatores aliquando exierunt et per
tres vel per quatuor annos non revertebantur et aliqui